

rit monachus, acquirat monasterio, can. *Statutum* 1, caus. 18, quæst. 1; can. *Abbatibus* 16, caus. 18, quæst. 2; can. *Quia ingredientibus* 7, caus. 19, quæst. 3, cap. *In præsentia* 8, De probat. cum similibus. Item est contraria dispositioni conc. Trident., sess. xxv, *De Regular.*, cap. 1, et decretis Clement. VIII *Pro reformat. regular.*, innovatis a sacra congregatione Concilii jussu Urbani VIII in decret. *De apostatis et ejectis*, adeoque est turpis, et de jure impossibilis, adeoque pœna caducitatis ipsi appositâ vitiatur, quemadmodum vitiatur ipsa conditio; sicque, tanquam appositâ actui a legibus interdicto, attendenda non est, etiam neglecto testatoris præcepto, l. *Unica* in fine; *Cod. de his quæ pœnæ nomine*, cap. *Tua* 17, De testamentis.

(25. Sic etiam sentire visa est sacra congr. Conc. in *Leodien. annuæ præstationis* 6 Junii 1682, in qua testator legaverat monasterio monialium pecuniam investiendam sub conditione, ut tres moniales ejus filiae percipere possent earum vita durante tercentum florenos aureos pro suis necessitatibus, apponendo pœnam caducitatis in casu contraventionis: cum enim moniales cuperent acceptare legatum, ac vererentur ne permittendo particulare legatum factum tribus monialibus filiis testatoris, violaretur status vitæ communis, et ideo supplicassent, præfatis tribus monialibus permitti retentionem, et usum annuæ præstationis juxta mentem testatoris, aut alio modo consuli indemnitati monasterii. Sacra congr. Conc. respondit: « Monasterium posse acceptare legatum, et quoad legatum particulare servetur decretum san. memoriæ Clementis VIII. »

(26. Idem clare colligitur ex alia resolutione ejusdem sacre congregat. Concil. in *Mantuanæ administrationis*, in qua novitius professionem emissurus testamentum condidit favore tertii, sibi reservans annuam præstationem erogandam, et disponendam

VITIUM.

Vide verb. *VIRTUS* a n. 13 ad 95.

VITRICUS

(1. Vitricus quis sit? Vide verb. *AFFINITAS* sub n. 16. (2. Vitricus absque ulla dispensatione ducere potest in uxorem eam, quæ fuit uxor sui privigni. Sacra congreg. Concil. in *Bojanen.* 8 Junii 1720 et 8 Martii

1721, ut refert Ursaya in 2 *Miscellan. sacro et profan.*, litt. V, n. 89, et tom. IV, part. II, discep. 19, § 1, an. 186. V. *Addit. Casin.* V. *MATRIMONIUM*, art. 6, sub n. 28.

VIVÆ VOCIS ORACULA

Vide verb. *ORACULA VIVÆ VOCIS.*

UNCTIO EXTREMA

Vide verb. *EXTREMA UNCTIO.*

UNIO BENEFICIORUM SEU ECCLESiarUM.

Hæc porro adnotanda veniunt ad rem.

(1. Unio est beneficiorum seu Ecclesiarum ab episcopo seu alio superiore ob utilita-

tem, seu necessitatem Ecclesiæ facta annexio. Est in re communis.

in sui servitium absque eo quod jus in favorem alicujus acquiri posset: Cum autem ex dicta præstatione acquisivisset de consensu superiorum prædia, et census, ejusque superiores intenderent incorporare conventui annuam præstationem, et de administratis rationem exigere, supplicavit declarari: « I. An dicta præstatio annua reservata, seu fructus prædii ob morositatem hæredis loco pecuniarum subrogati spectent libere ad oratorem? II. An de redditibus perceptis ex bonis postea acquisitis teneatur rationem reddere? » Sacra congregat. die 28 Novembr. 1706, respondit: ad I, *Negative*; ad II, *Affirmative*.

(27. Consimiliter habetur ex resolutione sac. congregat. Episcop. et Regul. in *Neapolitana*, in qua indultum ab ipsa concessum, quod comperiebatur aliquantulum læsivum vitæ communis, fuit ab eadem sacra congregatione revocatum. Cum enim duæ moniales monasterii SS. Trinitatis Neapolis obtinuissent a sacra congregat. Episcop. et Regul. indultum, ut possent recipere annuam præstationem scutor. 200, a parentibus solvi promissam, ita tamen, ut superiorissæ, seu depositariæ traderetur eroganda ab ipsis monialibus pro earum indigentis, sive aliis usibus piis sibi bene visis; reclamantibus contra indultum reliquis monialibus, ubi læsivum vitæ communis, et constitutionum monasterii, ex eo quod annua præstatio eroganda esset per abbatissam in usus a præfatis duabus monialibus destinandos. Sacra congregat., die 7 Aprilis, 1707, rescripsit: « Servandas esse omnino constitutiones, non obstante indulto. » Sic expresse, supradictas tres resolutiones refert prout jacent, Eminentiss. Petra, l. cit., n. 34 et 31.

(28. Alia ad rem. Vide verb. *LEGATUM*; verb. *MONIALES*, art. 2; verb. *PROFESSIO*; verb. *REGULARES*, et verb. *VOTUM*, art. 3, n. 43.

(2. Unio prædicta fit potissimum tribus modis; Glossa, in cap. 1, verb. *Uniendo*, Ne Sede vacante; Gonzalez ad regul. 8 *Cancellaria*, gloss. 5, § 7, n. 26, 27 et sequent.; Fagnan., in cap. *Novit*, n. 2, *Ne sede vacante*; Barbos., *De offic. et potest. episcop.*, part. III, allegat. 66, n. 2; Rebuffus, in *Prax. benefic.*, tit. *De unionibus beneficior.*, n. 11 et sequent.; Reiffenstuel, lib. III *Decretal.*, tit. 12, n. 39, et alii passim.

(3. Primo modo fit talis unio, cum ex duobus beneficiis fit tantum unum, ita ut neutrum eorum uniat alteri, sed ambo simul uniantur, ut patet ex c. *Decimas*. § final., caus. 16, quæst. 1, ibi: « Papa duos episcopatus in unum redigere potest. » Et talis unio præsertim fit, cum duæ parochiales ecclesiæ vicinæ, et populo ratione belli, pestis et hujusmodi valde destitutæ, ita adinvicem uniantur, ut ex duabus fiat tantummodo unica. Et tunc illa unica ex duabus sic unitis resultans retinet consuetudines ac privilegia favorabilia utriusque ecclesiæ sic in unam redactæ. Unde hæc unio dicitur *extinctiva*, seu *translativa*, eo quod ex duabus ecclesiis fiat unica tantum, siquæ altera minus privilegiata exstinguatur, ac perimatur, et in aliam magis privilegiatam, ac potioribus juribus gaudentem transferatur, ac cum ipsa omnino incorporatur; Fagnan., in cap. *Exposuisti* 34, De præbend., et in cap. *Novit*, n. 3, *Ne sede vacante*; Reiffenstuel, lib. III *Decretal.*, tit. 12, n. 40, et 41, et alii, *arg. cit.*, cap. *Medicamentum*, De pœnitent., dist. 1.

(4. Secundo modo fit talis unio, cum duæ ecclesiæ ita uniantur, ut non coalescant, sicuti dicto primo modo in unum corpus, sed una sit superior, et alia inferior, ac accessoria superiori, seu principaliori, et solet fieri pro augmento dotis alterius beneficii non habentis sufficientes redditus pro congrua beneficiarii sustentatione. Unde talis unio nuncupatur *accessoria*, seu *subjectiva*, ut ex communi notant Fagnan., in cit. cap. *Novit*, n. 3, *Ne sede vacante*, et Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 42. Sicque ecclesia accessorie alteri unita assumit naturam, consuetudines et privilegia principalis, cui est annexa; argument. cap. *Recolentes* 3, § final. *De statu monachor.*, et cap. *Accessorium* 42, De regul. jur. in 6, ibi: « Accessorium naturam sequi congruit principalis. »

(5. Tertio modo fit talis unio, cum neutra ecclesia alteri subjicitur, sicuti dicto secundo modo, nec ipsæ coalescant in unum corpus, sicuti dicto primo modo, sed ambæ ecclesiæ ita æque principaliter, invicem uniantur, ut ambæ adhuc suum titulum atque honoris gradum retineant, et solum ab uno eodemque rectore regantur; sicque adhuc remaneant duo beneficia omnino distincta, verb. grat. duo distincti episcopatus, quamvis sit unicus, et idem utriusque epi-

(50) Tridentina synodus, sess. VII, cap. 5 *De reform.*, prudentissime cavet, ne quisquam plures metropolitanas, seu cathedrales ecclesias in titulum, sive commendam, aut alio quovis nomine contra sacrorum canonum instituta reciperet, aut retineret. Hoc tamen decreto non obstante, salva restat aucto-

FERRAR. VII.

scopatus; argument. cap. *Et temporis* 16, quæst. 1, juncta glossa ibidem verb. *Unire*; Fagnan., in cit. cap. *Novit*, n. 4, *Ne sede vacante*; Garcias, *De benefic.*, part. XII, cap. 2, n. 37; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 51, et alii. Et talis unio appellatur *Unio æque principaliter facta*, quæ aliud non operatur, nisi ut rector unius sit etiam rector alterius, cum in reliquis utrumque beneficium remaneat adhuc distinctum beneficium, sicuti prius, cum propriis redditibus, privilegiis, honoribus, etc., ut in pluribus episcopatus æque principaliter unitis, et signanter in Nepesino, et Sutriuo; Viterbiensi, et Tuscanensi; Hortano, et civitatis Castellanae, Cortonensi, et Montisflaconii, Laurentano, et Recinatensi, Sulmonensi, et Valvensi, Campaniensi et Patraniensi; Scalensi, et Ravellensi; Melphiensi, et Rapollensi, Adriensi, et Pinnensi, Tarracinesi, et civitatis Priverni; Cameriniensi, et civitatis Fabriani; Aquinatensi, et Pontis Corvi, et pluribus aliis brevitate gratia relictis.

(6. Unio beneficiorum est duplex, alia perpetua, et alia temporalis. *Perpetua* est illa, in qua exprimitur, ut perpetuo duret, ut cap. *Exposuisti* 32, De Præbend., ibi: *De capellis in perpetuum uniendis*; seu quæ fit ad perpetuam rei memoriam, cum hæc idem importet ac *ly in perpetuum*, seu quæ fit ad beneplacitum Sedis Apost.; quia, cum Sedes Apost. non moriatur, talis unio durabit in perpetuum, nisi revocetur, cap. *Si gratiose* 5, De rescriptis in 6. Unio temporalis e contra est illa, quæ fit ad tempus, v. g. ad vitam ejus cui conceditur et fit contemplatione personæ; proinde per illius mortem expirat, arg. cap. *Quoniam Abbas*, 14, de officio delegati, cum similibus. Et talis unio in effectu est quædam dispensatio retinendi plura simul beneficia etiam de se incompatibilia, ut patet in Germania, ubi a Sede Apostolica solet aliquibus episcopis concedi retentio plurium episcopatum, ut notat Fagnan. in cap. *Dudum*, n. 29, De election., ubi sic habet: « Sic videmus in Germania cum sublimibus personis non raro dispensari super retentione plurium episcopatum, etc., ut catholicam religionem, expulsis hæresibus, consilio, opibus et auctoritate sartam tectam tueantur. Ex hac ratione princeps elector Coloniensis ad præsens obtinet episcopatum Coloniæ, et episcopatum Leodiensem, Monasteriensem, Paderbornensem et Hildesimensem. » Et plures similes dispensationes refert Ursaya tom. V, part. I, disceptat. 6.

(7. Unde unire episcopatus ad solum pertinet Papam, textu expresso in cap. *Sicut unire* 8, De excessibus prælat., ibi: « Sicut unire episcopatus, atque potestati subjicere alienæ, ad Summum Pontificem pertinere dignoscitur (130). »

(8. Papa non solum episcopatus, sed etiam ritus Sedis Apostolicæ, quæ, ut bene notat Fagnanus in cap. *Quanto*, De translat. episcop., potest concedere duos episcopatus uni episcopo, prout de facto concedit etiam hodie ultra montes, ex regulis prudentialibus, ut inquit Card. de Luca in *Adnotat. ad concil.*

quæcunque alia beneficia unire potest, cum in omnibus beneficiis plenariam habeat potestatem; cap. *Licet* 2, De præbend. in 6, et Clement. 1, § final. *Ut lite pendente*.

(9. Episcopus potest ex legitimis causis unire beneficia, et ecclesias suæ diœcesis, cit. cap. *Sicut unire* 8, De excessibus prælat.; cap. *Exposuisti* 33, De præbend.; cap. *Consultationibus* 4, et cap. *Pastoralis* 7, De donationibus; clementin. *Si una*, De rebus Ecclesiæ non alienand., cum similibus.

(10. Archiepiscopus, seu metropolitanus potest quidem unire beneficia suæ diœcesis, sicuti quilibet episcopus per jura, num. antecedenti adducta; at vero nequit unire beneficia diœcesum suorum suffraganeorum: Barbos., cit. allegat. 66, n. 13, et lib. III *Jur. Eccles. univers.*, cap. 16, n. 58; et super Trident., sess. XXI, *De reformat.*, c. 5, n. 3, cum pluribus ibi citatis; Fagnan., in cit. cap. *Unire* 8, De excessibus prælator., n. 8, testans sic decisum fuisse a sacr. congregat. Concil., ibi: « Cum fructus præbendarum collegiæ ecclesiæ oppidi de Exea essent adeo tenues, ut vix sustentationi canonicorum sufficerent, et fuisset petendum declarari a sacra congregat. Concil. an episcopus eis unire posset aliqua simplicia beneficia, et eo nolente, vel negligente, metropolitanus? Responsum est episcopum posse, non tamen teneri, metropolitanum vero in hoc non posse supplere (131). »

(11. Capitulum sede vacante potest unire ea beneficia, quæ potest episcopus: dummodò per eam unionem jurisdictioni episcopali nihil detrahatur: capitulum enim succedit in integram ordinariam jurisdictionem episcopi: Barbos., cit. allegat. 66, n. 11, et super Trident. sess. VII, cap. 6, n. 16, cum Marian., Socin., Caccialup., Rebuff., Perusin., Hojeda, Sanchez, Zerola, Marc. Ant., Genuens., Quaranta, Garcia, Ragus., ibi citatis. Ventriglia in *Praxi*, tom. II, adnotat. 8, num. 8; Reiffenstuel, lib. III *Decret.*, tit. 12, n. 64; Pirrhing., lib. III *Decretal.*, tit. 5, n. 207, et alii.

(12. Legatus a latere in provincia sibi concedita potest unire beneficia diœcesis provincie suæ legationis absque tamen præjudicio episcopi; legatus enim a latere potest in sua provincia omnia, quæ episcopus in sua diœcesi, arg. cap. 1, § final. *De offic. legati*, in 6. Sic tenet in cit. cap. *Sicut unire*, Abbas, n. 5; Cardinal., n. 1; Imola, in fine; Barbos., cit. alleg. 66, n. 12; et super *Trid.*, loc. cit., n. 17, cum Rebuff., Gambarupta, Hojeda, Azorio, Sanch., Garcia, Aloysio Riccio, Ugolino, Lotterio ibi citatis, Ventriglia, loc. cit., n. 7; Pirrhing., loc. cit., num. 207; Reiffenstuel, loc. cit., n. 63, et alii post Rotam decis. 439, in antiquis, alias 3, *De officio legati*, et alibi pluries.

(13. Vicarius generalis episcopi non potest beneficia unire, nisi specialiter ab episcopo committatur, arg. cap. ult. *De offic. vicarii*, in 6; Barbosa, cit. allegat. 66, n. 10, et super *Trident.*, loc. cit., n. 13, cum Marian., Socin., Rebuff., Anton., Orch., Hojeda, Sbroz, Azorio, Petro de Perusio, Garcia, Aloysio Riccio, Gratian., Sanchez, Narbona, Lotterio ibi citatis, Reiffenstuel, loc. cit., n. 65; Ventriglia, loc. cit., n. 10; Theod. de Rubeis, in singularibus Rotæ, part. II, verb. *Vicarius*, § 2, n. 112, allegans plures Rotæ decisiones.

(14. Abbates, aliosque prælatos episcopo inferiores habentes ecclesias sibi ita pleno subjectas, ut jurisdictione quasi episcopali in eis fungantur, seu existente speciali privilegio, aut consuetudine legitime præscripta, posse beneficia unire, tenent Marian., Socin., in cit. cap. *Sicut unire*, art. 3, n. 41 et 42; Sbroz, *De officio vicarii*, lib. II, q. 113, n. 11; Barbosa, cit. alleg. 66, n. 14, et super *Trid.*, loc. cit., n. 18, cum Garcia, Azorio, Sanchez, Aloysio Riccio, Lotter., ibi citatis; Federic. de Senis, cons. 111, n. 8; Oldrad., cons. 257, n. 5; Rota, part. II, recent. decis. 373, n. 19; Ventriglia, loc. cit., n. 3 et 4, cum aliis ibi citatis, dicens sic limitari communiter per doctores denegationem facultatis uniendi beneficia in inferiori prælato facta in cit. cap. *Unire*, quia talis prælatus inferior id jurisdictionis exercet in sua diœcesi, quod exercet episcopus in sua, et alii apud Fagnan., in cit. cap. *Sicut unire*, n. 17, dicens, quod hanc sententiam alias probavit sacr. congregat. Concil. Tridentin. interpretum: « Censuit enim inferiores episcopo non posse unire, nisi hanc facultatem legitime præscripserint, aut ex privilegio in Ecclesia sibi pleno jure subjecta jurisdictionem quasi episcopalem habeant in omnibus, et per omnia, alioquin unionem ab episcopo faciendam esse cum consensu ipsius inferioris, et capituli. »

(15. Contrarium tamen, abbates, aliosque prælatos episcopo inferiores non posse ecclesias unire, vel unam alteri subicere, quantumcunque ecclesiæ ipsæ ad illos spectent pleno jure, defendunt in cit. cap. *Sicut unire*; Joan. Andr., n. 2, in verb. *Unio*; Henric. Boich., post princ. vers. et nota; Card., n. 3, in 2 oppos.; Ancharan., n. 3; Hostien., in cap. *Quia nonnulli*, verb. *Patanus* valide potest unire beneficia diœcesis suffraganei.)

Audiamus insuper clar. Leurenium, qui sic habet: « Limitat responsonem Ventrigl., ut metropolitanus id possit ex causa legitima, quæ potest in hoc casu intercedere, dum nimirum episcopus legitime interpellatus negat unionem, gravat et sic parat viam justæ appellationi, quo casu, cum proprium sit appellationis suspendere, et devolvere negotium, metropolitanus potest valide unire beneficia diœcesis suffraganei. » *For. benef.*, p. III, quæst. 904, n. 2.

Nota editorum Casinensium.

(131) « Limitatur (ita Ventriglia *Prax. for. Eccles.*, part. II, annot. 8, § 1, n. 6) supra posita conclusio in casu legitime appellationis, quæ potest intercedere in hoc casu; nam episcopus, stante justa causa, tenetur unire, prout cum Archid. et Mendos. tenet Ricc. et proinde, si legitime interpellatus denegat unionem, gravat, et consequenter justam viam parat appellationi; quo casu, quia proprium appellationis est suspendere, et devolvere negotium, metropoli-

rochiales, De clericis non resident.; Archidiacon., in cap. *Cum singula*, in verb. *Annexæ*, De præbend., in 6; et ita tenere communiter doctores antiquos testatur Marian. Socin., in cit. cap. *Sicut unire*, art. 4, n. 41, atque id expresse tenet Glossa, in Clement. *Si una* 2, De rebus Ecclesiæ non alienand., verb. *Episcopum*, et alia Glossa in Clement. *Ne in agro* 1, § *Ad hæc*, De statu monachor, verb. *Ordinarios*, et sic docent alii plures per text. in cit. cap. *Sicut unire*, quia unire est unus de casibus episcopo reservatis, et denegatis inferioribus, atque ita censuit etiam sacra congregatio Concil., apud Fagnan., loc. cit., n. 18, ibi: « Alias tamen consulta, an abbates exempti, qui jurisdictionem ordinariam quasi episcopalem habent, possint, si sæculares, et collegiatis ecclesias obtinent, facere uniones, sicut possunt episcopi ex cap. 15, sess. XXIV, respondit non posse abbatem hujusmodi, sed episcopum tantum, si collegiata est insignis, et observentur alia præscripta in dicto cap. 15. »

(16. Unde ad conciliandas omnes meliori modo supradictas doctorum sententias, et sac. congregat., declarationes, concludendum est non posse dictos prælatos episcopo inferiores de sola sua ordinaria quasi episcopali jurisdictione beneficia unire sine assensu proprii episcopi, juxta clarum textum in cit. cap. *Sicut unire* 8, De excessibus prælator; bene vero posse, si ex speciali privilegio, aut consuetudine legitime præscripta id eis competere dignoscatur; nam jura episcopalia inferiores præscribere non prohibentur; cap. *Auditis* 15, De præscriptionibus; Hojeda, *Tractatum* tom. XV, tract. *De benef. incompatib.*, part. II, cap. 3, n. 7; Reiffenstuel, loc. cit., n. 66; Abbas in cit. cap. *Unire*, n. 3, cum aliis apud Fagn., loc. cit., n. 13, 16 et 17.

(17. Ad faciendam beneficiorum unionem, præter legitimam facultatem, requiruntur tres præsertim conditiones. *Communis*.

(18. Prima conditio requisita ad faciendam legitimam unionem beneficiorum est causa justa, et prævia cognitio de ejus veritate, arg. cap. *Exposuisti* 33, De præbend., et Clement. *Si una* 2, De rebus Eccles. non alienand., juncto concilio Trident., sess. VII, *De reformat.*, cap. 6, ubi expresse dicitur, quod « Uniones perpetuæ.... quæ deinceps ad cujusvis instantiam fierent, nisi eas legitimis, aut alias rationabilibus causis eoram loci ordinario, vocatis quorum interest, verificandis, factas fuisse constiterit, per subreptionem obtentæ præsumantur, ac propterea, nisi aliter a Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino careant. » Et sic tenent passim doctores.

(19. Justa causa uniendi beneficia est Ecclesiæ necessitas, vel ipsius utilitas, cap. *Exposuisti* 33, De præbend., ibi: « Si evidens necessitas, vel utilitas exigat, præbendas Ecclesiæ tuæ poteris de capellis in perpetuum annectendis eidem augmentare; »

et concordat cap. *Dudum* 1, De rebus Eccl. non alienand. in 6.

(20. Necessitas autem Ecclesiæ tunc censetur intervenire, quando præbenda, cui unio facienda est, caret sufficientibus redditibus ad alendum ministrum, cit. cap. *Exposuisti*, ibi: « De redditibus præbendarum suarum nequeunt sustentari: » concil. Trident., sess. XXI, *De reformat.*, cap. 5, ibi: *Propter eorum paupertatem*. Item, quando Ecclesia est destructa ab hostibus, vel desolata, cap. *Quia monasterium* 8, De religiosis domibus; item, quando ecclesiæ sunt vicinæ, et restant pauci de populo, aliis mortuis, et probatur in cap. *Et temporis* 16, q. 1. Utilitas vero tunc intervenit, quando propter fructuum tenuitatem non inveniuntur clerici idonei ad deserviendum, ut habetur ex cit. cap. *Exposuisti* 33, De præbendis. Sic expresse tradunt Barbos., cit. alleg. 66, n. 13 et 16; Ventriglia, *Prax.*, tom. III, annot. 8, § 2, num. 23, et alii.

(21. Si autem unio beneficiorum fiat sine causa, vel ex causa falsa, tunc, quamvis cæteròquin servata sit forma juris, ipsa, vel est nulla ipso jure, ut volunt probabiliter Garcias *De beneficiis*, part. XII, c. 2, n. 113; Hojeda, *Tractatum* tom. XV, tract. *De benef. incompat.*, part. II, cap. 3, n. 16 et 18; Bursat., cons. 185, n. 13, lib. III; Barbos., cit. alleg. 66, n. 16; Reiffenstuel, loc. cit., n. 31; Ventriglia, loc. cit., n. 24; allegans Rotam, et alios, ac testans sic velle omnes. Vel saltem irrita est ope exceptionis, sique declaranda nulla, ut tenent Marian., Socin., Rebuff., Azor., et alii plures, quos refert, et sequitur Sanchez, lib. VII *Decret.*, c. 29, n. 175, quique volunt quod episcopus successor non possit conferre beneficium taliter unitum ante dictam declarationem.

(22. Secunda conditio requisita ad legitimam beneficiorum unionem est, quod citentur omnes interesse habentes in dicta unione facienda, eorumque consensus requiratur: Clementin., *Ne in agro* 1, § *Ad hæc*, De statu monach., concil. Trident., cit. sess. VII, *De reformat.*, cap. 6, ibi: *Vocatis quorum interest*; Rota, decis. 133, n. 4, part. I, divers.; Seraphin., dec. 1708; Sanchez, loc. cit., num. 163; Reiffenstuel, loc. cit., n. 72; Barbosa, loc. cit., n. 17, et alii passim.

(23. Unde si Ecclesia sit subjecta abbati, aut alii inferiori prælato, non potest episcopus eam unire absque illius consilio et assensu; cit. Clement. *Nec in agro*, § *Ad hæc*, ibi: « Cum consilio et assensu abbatum per locorum ipsorum ordinarios uniantur; » Marian., Socin., in cit. cap. *Sicut unire*, art. 4, quæst. 5, n. 62; Barbosa, loc. cit., n. 81; Reiff., l. c., n. 72, et alii passim.

(24. Item si beneficium uniendum pertineat ad collatores, vel electores episcopos inferiores, etiam istorum consensus requiritur, quia istis grave damnum in suis juribus inferitur, cum beneficium post unionem non sit amplius vacaturum, sique ipsi amittant jus conferendi, seu eligendi ratione

talis unionis; Garcias, *loc. cit.*, p. 12, cap. 2, n. 202; Rebuffus, in *Praxi benefic.*, tit. *Regula de unionibus*, gloss. 11, n. 1 et 7; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 73, et alii communiter per text. concil. *Trid.*, *loc. cit.*, ibi: *Vocatis quorum interest.*

(25. Item si beneficium uniendum sit de jurepatronatus alicujus, requiritur pro tali unione faciendâ consensus patroni: *Communis*, per text. in cap. *Suggestum* 20, De jurepatronat., ibi: *Cum assensu patroni... consensu domini fundi*, c. *Patronalis* 7, De donationib.; juncto concilio *Trident.* sess. vii, De reform., c. 6, ibi: *Vocatis quorum interest*, et sess. xxiv, *De reform.*, c. 13, ibi: *Cum patronorum consensu*. V. Notam hic subjectam, vers. *Declara*, etc.

(26. Talis consensus patroni de jure communi requiritur, sive patronus sit laicus, sive ecclesiasticus, ut docent communiter doctores per citata jura: aliqui tamen negant requiri consensum patroni ecclesiastici vigore concilii *Trident.*, sess. xxiv, *De reform.*, cap. 15, nam ibi dicit: « Cum patronorum consensu, si de jure patronatus laicorum sint; » per quæ verba concilium a sensu contrario videtur concedere unionem posse fieri per episcopum sine consensu patroni ecclesiastici, ut recte advertunt Sanchez, cit. cap. 29, num. 183; Barbosa, cit. allegat. 66, n. 31; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 45, et alii. Et id etiam habetur ex novissima constitutione Benedicti XIII incip. *Credita*, § 4, ubi statuit quod « ordinarii laicorum eidem seminario unire et applicare possint ac debeant beneficia simplicia cujuscunque qualitatis et dignitatis fuerint, etiam juris patronatus ecclesiastici. »

(27. Non requiritur tamen ad talem unionem faciendam consensus rectoris ecclesiæ; vel, ea vacante, consensus defensoris ejusdem, textu claro in Clementina, *Si una* 2, De rebus eccles. non alienand., ibi: « Si una ecclesia alteri ecclesiæ, seu dignitati alicui, vel præbendæ per episcopum, suo consentiente capitulo, uniatur, aut religioso loco donetur, ex eo quod rector ipsius ad hoc vocatus, vel, si vacabat, defensor eidem super hoc datus non existit, nequaquam id poterit impugnari. » (28. Et ratio est, quia rectori illius ecclesiæ, seu

(132) Necessario requiri consensum capituli cathedralis, dum per episcopum fit unio beneficiorum, vel inde infertur, quod nempe cum maxima sit conjunctio episcopi cum eodem, ex hac quidem consideratione, majoris et gravioris momenti negotia exigunt tractari cum dicto capitulo, et de illius consensu expediri.

« Ampliatur responsio 1 ut adhuc hodie, dum ex *Tridentino* datur facultas uniendi episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, adeoque etiam dum hi uniunt tanquam Apostolicæ Sedis delegati, requiritur hic capituli consensus (Garcias *De benefic.*, tom. II, part. xii, cap. 2, num. 157, et seq.), sic resolutum inquis a sac. congregat. Ita Leurenus, *For. benefic.*, part. iii, quæst. 914, num. 2. Et revera sacra cong. Conc., 20 Novemb. 1600, decrevit, ut sequitur: « Congregat. censuit episcopum in unione faciendâ vigore decreti concilii (*Trid.*) sess. xxi, cap. 5, teneri adhibere consensum Capituli, quod si illum consensum in unione

beneficii nullum infertur præjudicium, cum adhuc libere remaneat rector, et possessor illius sicuti antea, ex quo dicta unio totalem effectum suum non sit habitura, nisi post mortem, vel amotionem illius rectoris, argum. cap. *Consultationibus* 4, De donationibus, ac notant Glossa, in citat. Clementin. *Si una*, verb. *Vocatus*; et Barbos., *ibid.*, n. 4, et cit. alleg. 66, n. 20, cum Cardinali, Ancharan., Riccio, Garcia, Sanchez, Lotter., ibi citatis; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 79; Rota, decis. 133, n. 14, part. ii, diversor., et alii communiter teste Ventriglia, *loc. cit.*, § 2, n. 16. Ubi, num. 17, subjungit, quod si rector prædictus, seu, vacante ecclesia, ejus defensor, sponte comparuerit justam allegando causam contra unionem, sit audiendus, argum. cap. *Si quis presbyterorum* 6, juncta Glossa, verb. *Personis*, De rebus Ecclesiæ non alienand. Et faciunt dicta per Barbosam, lib. iii *Jur. Ecclesiast. univers.*, cap. 16, numer. 41; Garciam, *loc. cit.*, cap. 2, num. 219 et 220; Hojedam, *loc. cit.*, cap. 3, num. 9, et alios.

(29. Neque requiritur pro tali unione faciendâ consensus plebis, quamvis, si sponte compareat, et alleget rationabilem causam impeditivam talis unionis, sit audienda, argum. citat., capit. *Si quis presbyterorum* 6, juncta Glossa verb. *Personis*, De rebus Eccles. non alienand., et tenent Garcias, *loc. cit.*, cap. 2, n. 219 et 220; Hojeda, *loc. cit.*; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 76; Ventriglia, *loc. cit.*, n. 20, et alii, ac Rota in *Gerunden. unionis*, 20 Mart. 1690, coram D. *Sacrato*, ubi fuit resolutum parochianos esse legitimas personas in hac causa, cum illorum intersit bonum habere pastorem

(30. Tertia conditio requisita ad legitimam unionem faciendam per episcopum est consensus capituli. *Communis*, textu expresso in cit. Clementin. *Si una* 2, De rebus Eccles. non alienand., ibi: « Per episcopum, suo consentiente capitulo, uniatur; » juncta Glossa, *ibid.*, verb. *Consentiente*, et concordat cap. *Pastoralis* 7, De donationib., ibi: « Sed ut episcopi donatio (seu unio ecclesiæ pro loco facta) sit legitima, consensus est sui capituli requirendus (132). »

prætermiserit, unionem nullam, atque irritam esse. » Apud Rigantium *Comment.* in reg. 15 *Cancell.*, num. 141.

« Ampliatur responsio 2, ita ut adhibitio hujus consensus requiratur pro forma, adeoque, ea ommissa, sit omnino nulla... Ac proinde jam etiam non sufficit adhibitum capituli consilium. » Leuren., *loc. cit.*, num. 3. Et ut habet Ventriglia, citans etiam Barbos.: « Amplia ut sine hujusmodi consensu capituli unio sit nulla, tanquam facta, forma non servata. » *Prax. for. Eccles.*, part. ii, adnotat. 8, § 2, num. 5.

« Et hic consensus non sufficit, si sit singulorum de capitulo, sed requiritur consensus capitulariter, Rota, decis. 484, num. 7, part. i, in recent. » S.c. idem Ventriglia, *loc. cit.*, num. 2.

Quod in terminis docet Leurenus, dum ait: « Ampliatur, ut non sufficiat consensus, si sit singulorum de capitulo, sed requiratur consensus capitulariter. » *Loc. cit.*, num. 4, et ut habet Schmalzgrueber, *De*

(31. Si beneficium uniendum spectet ad collationem prælati inferioris, requiritur ultra consensum capituli cathedralis, etiam consensus dicti sui prælati, et sui inferioris capituli: Barbos., lib. iii *Jur. Eccles. univers.*, cap. 16, n. 43., et cit. alleg. 66, n. 18; Sanchez, *loc. cit.*, cap. 29, n. 167; Marian., Socin., in citat. cap. *Sicut unire* 8, De excessibus prælat., art. 6, n. 95, concl. 4; Ventriglia, *loc. cit.*, n. 14, et alii per text., in concil. *Trident.*, sess. vii, *De reform.*, cap. 6, ibi: *Vocatis quorum interest.*

(32. Item, si beneficium uniendum spectet ad aliquam collegiatam, requiritur ultra consensum capituli cathedralis, etiam consensus capituli ipsius collegiatæ: Sellius, in *Select. canon.*, cap. 34, n. 8; Ventriglia, *loc. cit.*, n. 15, et alii passim per cit. text. in conc. *Trid.*, sess. vii, *De reform.*, cap. 6, ibi: *Vocatis quorum interest.*

(33. Item, si beneficium uniendum sit de jurepatronatus, ultra consensum patronorum requiritur etiam consensus capituli, Rota, part. i, recent. decis. 688, n. 2; Lotter., *De re benefic.*, lib. i, q. 8, n. 157; Ventriglia, *loc. cit.*, § 2, n. 9, et alii per text. in cit. Clement. *Si una* 2, De rebus Eccles. non alienand., et cit. cap. *Pastoralis* 7, De donationibus. Vid. Notam hic infra.

(34. Item requiritur consensus capituli etiam pro unione beneficiorum simplicium faciendâ dignitatibus, aut præbendis ipsius ecclesiæ cathedralis; Ventriglia, *loc. cit.*, n. 16, et communis aliorum per jura adducta, n. antecedenti.

(35. Si unio beneficii sit faciendâ seminario, ultra consensum capituli requiritur etiam consilium quatuor deputatorum, duorum de capitulo, et duorum de clero, juxta terminos concilii *Trid.*, sess. xxiv, *De reform.*, cap. 18. Sic declarasse Rotam, et sacram congregat. referunt Riccius in *Praxi*,

præbend., etc., § 5, num. 189. « Hinc consensus a canonicis præstari debet non sigillatim et singulariter, sed ab iis simul in unum congregatis, prævio tractatu, et discussione causæ, propter quam unio fieri prætenditur. »

« Ampliatur, ut consensus capituli necessarius ad unionem sit expressus, ita ut non sufficiat tacitus, advertit Fusch... Contra, nempe sufficere tacitum, defendit Moneta... Ventriglia, *ibid.*, num. 4.—Revera consensus tacitum non valere tenet Leurenus, *loc. cit.*, num. 5, cui opinioni nos subscribimus; quippe cum agatur non de hujus, aut illius, sed de plurium consensu, qui consensus pro forma requiritur, nec non de gravioris momenti negotio, non videmus quomodo et quare hic collectivus consensus tacite habendus sit. Imo in hoc casu taciturnitas, pro defectu consensus potius, et ex quadam violentia argui posse videretur. Proindeque opinionem monetæ esse explodendam merito censuimus.

« Declarat, ut consensus capituli requiratur etiam in unione beneficii de jure patronatus laicorum, etiam postquam laici patroni consensum præstiterunt unioni, Rota decis. 688, num. 2, part. i, in recent.; et refert Lotter. (*De re benefic.*, lib. i, quæst. 8, num. 157.) Ita anted. Ventriglia, *ib.*, num. 9. Id quod in terminis tenet Leurenus ait: « Ampliatur, ut etiam in unione beneficii, quod est juris patronatus laicorum, etiam postquam laici patroni consensum suum præstiterunt, requiratur

part. i, resolut. 490, n. 3; Ventriglia, *loc. cit.*, n. 13, et alii asserentes sacram congregationem expresse declarasse, episcopum in tali unione teneri, sub pœna nullitatis actus, requirere consilium prædictorum deputatorum, quamvis illud sequi non teneatur (133).

(36. Si capitulum, vel alii, quorum interest, sine justa causa consensum præstare nolint, possunt ad id compelli per superiorem, Barbos., cit. lib. iii, cap. 16, n. 43., et *De canonicis*, cap. 42, n. 13; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 78; Ventriglia, *loc. cit.*, § 2, n. 12, et alii passim. (37. Imo quando evidens causa necessitatis subest, potest talis unio fieri etiam ipsis invitis: Sanchez, lib. vii in *Decalog.*, cap. 29, n. 165; Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 78; Pirrhing, lib. iii *Decr.*, tit. 5, n. 210, et alii (134).

(38. Non requiritur tamen, quod talis consensus necessario interveniat ante, vel in unione, sed sufficit, etiamsi interveniat post unionem, dummodo antea lis non fuerit incepta: Barbosa, *De canonicis et dignitatibus*, cap. 42, n. 8, et cit. lib. iii *Jur. Eccles. univers.*, cap. 16, n. 45, et cit. alleg. 66, n. 22, cum pluribus ibi allegatis, et testans de communi Reiffenstuel, *loc. cit.*, n. 78; Pirrhing, *loc. cit.*, n. 210; Ventriglia, *loc. cit.*, n. 8, dicens hanc esse communem apud omnes, et alii passim, argum. cap. *Cum nos* 3, De his, quæ fiunt a majori parte capituli, et c. *Cura pastoralis* 11, De jurepatronatus.

(39. Imo talis unio fieri potest sine requisito tali consensu, si adsit alicubi consuetudo legitime præscripta ipsam faciendâ sine requisitione dicti consensus: Fuschus, *De visitatione*, lib. ii, cap. 26, sub n. 5; Petrus Gregorius, *De benefic.*, cap. 20, n. 6; Garcias, *loc. cit.*, cap. 2, n. 152 et 153; Barbosa, *De canonicis et dignitatibus*, cap. 42,

insuper consensus capituli. » *Loc. cit.*, num. 6. (Editores Casinenses.)

(133) Ventriglia, cujus opinionem fortiter tuetur Leurenus, *For. benefic.*, part. iii, quæst. 914, num. 2, utique tenet, in unione beneficiorum faciendâ seminario, præter consilium quatuor deputatorum, requiri quoque consensum capituli. « Declarat sic Ventrigl. quod ultra consensum capituli requisitum ad omnes uniones, in unione faciendâ seminario requiritur etiam consilium quatuor deputatorum. » *Prax. for. Eccles.*, part. ii, annot. 8, n. 15. At Bened. XIV videtur sentire consensum capituli ex Tridentino non requiri; atque ad id assert. s. cong. Concil. decretum in *Ferrariens.*, 5 Mart. 1584, in hæc verba: « Sacra, etc., censuit in unionibus beneficiorum faciendis seminario, satis esse servare formam traditam a concilio cap. 18, sess. xxii *De reformat.*, nec requiri consilium capituli. » *De synod. dioces.*, lib. ix, cap. 7, n. 2. (Editores Casinenses.)

(134) Quod « si capitulum requisitum nollet absque legitima causa præbere consensum, posset episcopus procedere ad unionem sine illo consensu; cum episcopus privandus non sit potestate uniendi quam habet, ob contradictionem irrationabilem capituli... Quod si tamen justa est causa contradicendi episcopo unionem molienti, unius de capitulo contradictio sufficere ad impediendam unionem; » Castrop., Sanchez, apud Leurenium, *For. benefic.*, part. iii, quæst. 914, nu. 10. (Editores Casinenses.)